superbiendo perculit & inferre mortem
humano generi & iam perditur non pe
perit; honorem suum alienis dat qui ad
dei imaginem ac similitudinem con
ditus, uitae suae tempora maligno
rum spirituum uoluptatibus amminis
trat. Annos & iam suos crudeli tradit
qui ad uoluntatem male dominan
tis aduersarii accepta uiuendi spa
tia expendit. Quisquis perceptam
ualitudinem corporis per tributam
sibi sapientiam mente non exercen
dis uirtutibus sed perpetrandis uitiis
elaborat, nequaquam suis uiribus
suam domum sed extraneorum habi
tacula, id est inmundorum spirituum fac
ta multiplicat. Plurimum uel luxori
ando uel superbiendo agitur & iam se addi
to perditorum numerus crescat.
Plerumque accepta salus carnis per ui
tia expenditur sed cum repente sub
trahitur, cum molestiis caro atteritur,
cum iam egredi anima urguetur,
Diu male habita quasi ad bene uiuen
dum salus amissa requiretur. Tunc
recte gemunt homines quod deo ser
uire noluerunt quando damna
suae neglegentiae recuperare

seruiendo nequaquam possunt.
Unde alius dicitur: Cum occideret
eos tunc inquirebant eum. LIII.

DE EGRITUDINE CORPORIS

ADMONENDI SUNT
aegri ut eo se dei filios sentiant
quo illos disciplinae fla
gella castigant. Nisi enim
correctis filiis hereditatem dare
disponeret, erudire eos per molestias
non curaret. Dicendum est egris ut
si caelestem patriam suam credunt
necessarium est ut in hac labores
uelut in aliena patiantur.
Lapides scuari dni. extra tunsi sunt
ut in constructione templi absque
mallei sonitu ponerentur. Quia
uidelicet nunc foras per flagella
tundimus, & intus in templo dei
postmodum sine disciplinae percus
sione disponamur. Quatenus
quicquid in nobis est superfluum
modo percussio resecet & tunc sola
nos in aedificio concordia kari
tatis liget; Ammonendi sunt
egri ut considerent pro percipien
dis terrenis hereditatibus quam
dura carnis filios disciplinae fla

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc433/0250